



**R. P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,  
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

**Regnault, Valère <1543-1623>**

**Mogvntiæ, 1617**

Cap. 1. De ipsa fide,

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78477](#)

ecum fide requirat virtutes eas quarum antea nemini-  
mus, humilitatem inquam sinceram religionem, timo-  
rem Dei, spem, charitatem & obedientiam. Neque refert  
quodidem cultus, prout de illo datur primum p̄ceptū,  
tantum sit actus sinceræ religionis; quia huius virtutis, p̄-  
fertim in Christiana religione, illæ aliae annexæ sunt tan-  
quam requisita ad talis actus vsum.

6. Alter cultus est exterior, consistens in ceremoniis, a-  
ctionibus externis quibus declaramus ac profitemur  
prædictum cultum internum. Cuiusmodi actiones sunt  
duplices: quædam velut communes; vt pote& visitata non  
tantum ad declarandum cultum soli Deo debitus; sed  
etiam eum, qui hominibus debetur; vñ geni flexio aper-  
tio capitis, & inclinatio coram aliquo, accetera; quibus  
non tantum Deo, sed etiam hominibus honor exteriorius  
impeditur. Quædam vero solius cultus Dei sunt propriæ,  
id est, quæ declarant solum cultum eum qui Deo debe-  
tur: vt oblatio sacrificii. Soli enim Deo sacrificium offerri  
docet D. August. in 10. De ciuit. Dei. cap. 4. Item protesta-  
tio, qua quis voce exprimit se agnoscere vel fateri ali-  
quem esse suum creatorem, redemptorem seruatorem,  
summe bonum & huiusmodi, quæ soli Deo sunt p̄-  
pria.

7. Vnde intelligitur cultum quem Christiani Sanctis in  
aut in suis imaginibus deferunt, non aduersari huic  
p̄cepto: quia is non est proxime descriptus, soli Deo  
debitus, qui communis Ecclesia vñ dicitur λατεῖα: sed  
longe inferior, qui cœdein vñ dicitur aut λατεῖα. Sanctis  
que ipsis exhibetur, nō tanquam veris diis; sed tanquam  
seruis veri Dei, qui cum illis aliquam sue excellentiæ par-  
ticulam dignatus est communicare: aut λατεῖα, id est,  
excellens quædam λατεῖa quatenus alii exhibetur tan-  
quam particulari quadam affinitate coniuncto cum Deo:  
beatissima Virgini, tanquam Dei martri. Intelligitur  
etiam eidem p̄cepto nō aduersari vsum imaginum  
quem videmus in Ecclesia Catholica: quæ oquidem  
non prohibetur in eo absolute omnis talis v̄sus: Nam a-  
lioqui nullam omnino imaginem liceret pingere, cum  
expresse prohibetur fieri omnis similitudo rei, quæ est in  
cœlo desuper: & quæ in terra deconsuēta: & quæ nō aquis  
sunt terra.

8. Id quod falsum esse constat: sed prohibetur is imagi-  
nem abusus, quo apud Gentiles ex pro Deo adorabantur,  
iuxta illud quod ad Rom. 1. iidem Gentiles dicuntur  
translatis gloriam Dei, in imagines serpentum, volu-  
crum, & quadrupedum: & illud Psal. 105. quo Israelitæ  
dicuntur mutasse gloriam suam in similitudinem virili  
comedentis foenum; facta allusione ad illud quod Exod.  
32. conflato aureo vitulo dixerunt. Hi sunt dii cui Israel,  
qui duxerunt te de terra Ægypti. Itud enim iuri naturæ  
sue rectæ ratione apte repugnat: non autem illud: cum  
potius recta ipsa ratio ex aduerso dicit: sicut pium est  
Christi & Sanctorum imagines in mœstre formare, vt per  
has & in his, illos cognitos debito cultu ac veneratione  
prosequamur: ita etiam pium esse extra mentem easdem  
effingere, non vt ipsa tanquam Deos colamus: sed vt  
prototypa quæ representant in ipsis vñ remur ea que  
tanquam nobis ante oculos proposita considerantes, in-  
flammemur ad amadum ardentius, ac colendum Deum:  
arque ad illorum vitam & mores imitandos exciteatur.  
De quibus plura dicere quia non videtur nostri instituti  
esse: sufficit volenter plenus de illis instrui ob heretico-  
rum importunitatem, remittere ac Bellarm. in 7. generali  
controversia tomo I.

### TRACTATUS I.

#### De fide & ei contrarij.

IN tradenda ratione iudicandi de peccatis ex primo  
p̄cepto Decalogi, merito initium sumitur ab illis qua  
ad illum ex parte fidei spectant: cum siue vt à D. Aug. in  
serm. 38. De tempore dicitur, sit bonorum operum funda-

mentum & salutis initium: sive ut habet Concil. Trident. sess.  
6. cap. 8. humana salutis initium & fune&ame primum, ac radix  
omnis iustificationis. Id quo patet per illud Apost.  
ad Röm. 5. Per quem & habemus accessum per fidem in  
gratiam istam in qua stampis & gloriamur in ipso gloria filiorum  
Dei: 1. & illud ad Hebr. 11. Impossibile est sine fide  
placere Deo. Credere enim oportet accedentem ad  
Deum quia est, & in qua rebus remunerator sit. ] Ratio-  
tioq; confirmat: quia prius est cognoscere Deum vt Su-  
periorem, cui in omnibus obsequi debet, quam vt ipsi  
debitum obsequium præstes: ad illamque cognitionem,  
fides intellectu reddit habilem, sicut ad hoc obsequium,  
reliquæ virtutes voluntatem reddunt properam. Dice-  
mus autem primum de ipsa fide, tum de ipsius p̄cepto:  
tum, deum de vitiis ei oppositis.

#### CAP. I.

##### De ipsa fide.

#### SUMMARIUM.

9. Fides multiplex.
10. Definitio fidei infusa de qua sola est hic sermo.
11. Dubium in fide duplex, & ex quo censeatur quis infidelis.
12. Quæ ad materiam seu obiectum fidei pertineant.
13. Actus fidei est necessarius ad salutem.

**F**IDES alia est humana, qua aliquid creditur propter  
authoritatem hominum illud affirmantium: de qua  
non est in praesentia sermo. Alia diuina qua creditur ali-  
quid propter authoritatem Dei illud reuelantis: quæ du-  
pliciter sumitur uno modo actiuæ, pro ea authoritate  
quæ in Deo est, ob quam à nobis merito ei creditur: al-  
ter modo passiuæ, pro ea mentis nostræ affectione, qua  
Deo aliquid ad salutem nostram proponenti ac promi-  
tentí credimus. Atque ab actiuâ illa acceptance, Deum  
fidelem: & ab hac passiuâ, homines fideles dici expressit  
D. August. in Psalm. 32. his verbis: Habemus Deum fide-  
lem, distinguamus ab fidei homine: homo fidelis est pro-  
mittente Deo credens, Deus fidelis est exhibens quod  
promisit homini.

Hic autem de sola fide passiuæ sumpta, diuinus men-  
ti infusa agitur: quæ est illa cuius necessitatem ad salutem  
sacra litera inculant, & potest familiariter sic definiri.  
Deum Dei quo firmiter assentimur in omnibus, quæ à  
Deo reuelata sunt per Ecclesiam, quatenus ita reuelata  
sunt. Cuius definitionis prima pars (Donum Dei) indi-  
cat fidem esse habitum supernaturalem, quem habere  
non possumus nostris viribus per solum liberum arbitrium,  
sed singulare Dei dono, vt ex D. August. referitur in  
cap. Gratia, de Conscr. dist. 4. & probari potest per illud  
quod ad Röm. 5. Deus dicitur vnicuique diuissimæ men-  
fidei. Secunda pars (quo firmiter assentimur) signifi-  
cat idem, cum nitatur diuina autoritate cui fallere sub-  
esse non potest, nullam admittere dubitationem, ita vt ex  
D. August. in lib. 8. de Trinitate cap. 5. in rebus fidei nemo  
posset falua fide dicere (forte) & pro communi axiomate  
recepimus sit illud cap. 1. de Hæreticis. Dubius in fide in-  
fidelis est.

Aduertere amen duplex esse dubium in fide; vnum volun-  
tarium, quando quis sciens & volens dubitat de re-  
bus fidei: alterum inuoluntarium, quale multi ex sugge-  
stione diaboli, vel aliqua ratione humana fallaci, patiuntur  
contra suam voluntatem, ita vt illud semper repellant.  
Ac de priore tantum (quod est ex suo genere graue pec-  
catum mortale) intelliguntur supradicti: non item de  
postiore; qui scrupulus dici debet potius, quam du-  
bius: & meritoria est illius repulso, quia cum tentatio  
superatur, Deus facit cum tentatione prouentum ex cap.  
10. prioris ad Corinth.

Tertia pars (is omnibus) indicat fidem veram seu non  
fictam (vt ab Apostolo vocatur in priori ad Timoth.

cap. I.